^ poterit tamen per se contumaciam ^

d' et modo si forte quod absit abbates nostri ordinis matrem nostram Cistercium ecclesiam
in sancto proposito languescere et ab observatione regule vel nostri ordinis exorbi-
tare cognoverint abbatem eiusdem loci per quatuor primos abbates scilicet de Firmitate
de Pontiniaco de Claravalle et de Morimundo sub ceterorum abbatum nomine usque
quater ut corrigatur ipse et alios corrigere curet ammoneant. et cetera que
de aliis dicta sunt abbatibus si incorrigibiles apparuerint circa eum studiose
adimpleant. Excepto quod si sponte cedere noluerit nec deponere
contumaci anathema dicere poterunt. donec aut in generali capitulo aut si illud forte iam in-
sanum fuerit exceptum non posse in conventu alio convocatis abbatibus qui de Cist-
ercio exierunt et aliquibus aliorum virum inutilem ab officio suo deponant et tam ipsi
quam monachi Cistercii personam idoneam abbatem eligere studeant. quod si abbas ille et mona-
chi Cistercienses contumaciter recalcitrare voluerint gladio excommunicationis
eos ferire minime vereantur. Postea vero si quis horum prevaricator tandem
resipiscens et animam salvare cupiens ad quamlibet quatuor nostrarum ecclesiarum
sive ad Firmitatem sive ad Pontiniacum sive ad Claramvallem aut ad
Morimundum confugerit sicut domesticus et coheres ecclesie cum regulari sati-
sfactione recipiatur quousque proprie ecclesie sicut iustum fuerit reconciliatus quandoque
reddatur. Interim autem annuum capitulum abbatum non apud Cistercium sed ubi a quatuor
supranominatis abbatibus provisum fuerit celebrabitur. Explicit carta cari-
tatis. Prefatio super clementinum.

Superdictum itaque decretum seu
caritatis cartam cum predicti patres nostri conditores ab apostolica se-
de gratia confirmatam vere [illegible] obtinuissent prout seniorum relatione continetur
et [illegible] semper observatum extitit ordinatum nunc quod nulli deinceps abbatie
ordinis in alicuius antistitis diocesi fundarentur antequam predictum decretum
in predictis abbates examinatum et confirmatum pontifex ipse ratum
haberet ut materia discordie ac scandali inter alterutrum evitaretur

Vestrum iniuncto humani generis ... Bonum erat ... habet clementina

[V]enientes caritati predecessorum primum et fratrum tunc videntes ac inter ipsos dissensionis et discordie zizania seminante, si quibus de articulis in dicto decreto seu carta caritatis contentis suborte fuerint generis materia questionis, que ad apostolicam sedem per predictos partes delata tempore felicis recordationis domini Clementis pape quarti sunt diligenti premeditatione clare et lucide in modum qui sequitur terminata.

Incipit ordinatio Clementis pape quarti de commendatione ordinis Cisterciensis. Capitulum primum.

[C]lemens episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. ¶ [P]arvus fons qui crevit in fluvium et in lucem solis que conversus in aquas copias redundavit, ordo Cisterciensis prelucidus qui a suo ortu exordio parvus et humilis abiectione habuit tenuitate substantie humilitatis professione ac nimio profectu sub fontis metaphora non indigne describitur. Cum diversarum illi proprietatum conformitate conformamus non immerito comparetur. [H]ic enim est fons ortorum irriguus arentes rigans religionis ortos et ipsos exemplis salutaribus scaturizans. [H]ic est fons amene varietate virtutum preclarus munditie puritate pietate potens et reficiens sanctitate. ¶ [H]ic merito sic excrescere meruit ut fontis nomen excedens fluvius censeatur copiosus laudabilis de virtute in virtutem ut deus deorum videatur in Syon gratie ... universalis ecclesie letificat unitatem in qua per nitorem evidentiam clare lucis splendorem adeptus quasi stella matutina resplendet in medio nebule mundi huius et in ea splendidos emittens radios in statu solis. Velud aque ductus de paradiso progrediens in aquis redundat plurimas ortus plantationum suarum et cetera quod claustrum quas producit aquis irrigans gratiarum et vino spiritualis leticie fructuum ebrias per sui. ¶ [H]uius siquidem ordinis sacra religio a sue institutionis auspiciis qui deserta et invia ... primus ad hunc vocata cultoribus tandem honoris et honest

tatis fruct(us) p(ar)turies ramos suos ramos q(ui)d(em) honoris (et) gr(ati)e q(ui) terr
bint(ur) extendit g(er)minas g(er)minatones (et) p(ro)genies g(er)minauit. Exsu(l)
letat(ur) (et) iubilat ac letabu(n)da (et) laudans exultat i(n) multitudi(n)e
numerosa spectabilis. que olim q(uas)i despicabil(is) i(n) solitudi(n)e delitebat
[M]irifice utiq(ue) hic ordo dignissim(us) dilect(us) (et) p(re)lect(us) a d(omi)no; eid(em)
psallit (et) asserit cu(m) p(ro)ph(et)a i(n) t(er)ra deserta (et) i(n) via sic in s(an)c(t)o t(ibi) desiderio
(et) solido p(ro)posito religionis apparui n(on) ut me i(n) (ha)bitu v(e)l (h)abitu oste(n)
tationis t(ibi) q(ua)si o(mn)ia videt(ur) osted(er)em. S(ed) ut in humilitatis abiectione
tua(m) videm (et) p(er)cipere te donante mis(eri)cordit(er) gl(or)iam (et) virtutem
[V]idit ei (et) gauis(us) (et) p(re)cepit ut p(ri)mitie mire fecunditatis
gl(or)iam inchoauit i(n) caritate fundat(us). [P]rimi naq(ue) ip(s)i(us) ordinis
architecti p(ri)ma q(uas)i eius ordinis fundame(n)ta i(n) caritate iecerunt. cum
eu(n)d(em) ordinem ad instar sp(on)si celestis q(ui) i(n) speciosissima sp(on)sa sua
caritate ut ip(s)a fatet(ur) qua i(n) eo p(er)seuerantior fieret ordinauit.
Caritatiuis p(re)ceptis (et) i(n)stitutoribus ordina(n)tes q(ui)b(us) caritatis
carta(m) no(m)i(n)a n(on) inmerito i(m)ponentes p(ro)p(ter) ip(s)am ad (con)s(er)uatione(m) carita
tis statuerunt iux(ta) p(ro)ph(et)ie p(ro)missu(m) ip(s)i(us) ordinis lapides ordinatim
In illa q(ui)d maioribus q(ui)d ue minoribus debeat(ur) aptius statuentes
u(t) sc(un)d(u)m eius(dem) p(ro)ph(et)ie vaticiniu(m) ip(s)i(us) ordinis iux(ta) su(u)m ordine(m) p(er)sev(er)ent.
[F]actus est aut(em) ordo p(re)dict(us) ex caritatis ordinatione firmissim(us) (et) ut
castror(um) acies ordinata t(er)ribil(is) (con)tinue i(n) sp(irit)ual(is) pugne p(ro)cinctu de
sudans (contra) hostes sp(irit)u(s) pugnare [didicerit]. Ad huc t(ame)n sathan cribrum suu(m) ub(i)
(que) no(n) desinit. S(ed) ip(s)um mouet (et) excutit(ur) extrinsec(us) (et) extra ut ex
cuciat filios excussor(um). Ad huc (con)spirant isrelitis falcatis eos cur
rib(us) opp(re)ssur(us) i(n)seq(ui)t(ur). Ad huc. hostis antiquus peculiare d(omi)ni p(o)p(u)l(u)m re
ligiosos videl(icet) d(omi)num (con)templatiua speculatione videntes (et) sp(irit)ualit(er) in

eius pretio assumptos non cessat impetere. Qui totis satagit viribus varie
quos cognovit in studiis divisos in illos insultibus insilit ut ipsos a participio gau-
dii celestis exclusos et eis longe habitantibus qui vinculis morosis in de-
mo caritatem vulneret unitatem separet ipsos quos separatos in eadem
pugne conflictu debiliores efficiat et ab eis iocunditatem unani-
mitatis excludat. Hoc ipsum insidiose molitur in personatu ordinis
prefati hiis diebus inter ipsos super diversis articulis discordiarum excita-
ta materia litium satis seminibus ac iactis seminariis iurgiorum.
Nos autem ipsius ordinis sanctitatem et claram famam nominis cuius ordo odor
sicut agri pleni suavitatis cui dominus benedixit totam replet Ecclesiam
singulari zelantes affectu ne vel ipsius sanctitas talibus mutaretur insulti-
bus vel fame claritas detractorum linguis exposita tabesceret. Et ut
singula ut predicitur in eodem ordine locum decentem sortita teneant. Sic quod contra
predictum hostem insurgere impetus de celo efficacius [adversantis] ipsius ministerio dimicent et ipsum
facilius vincere debellare certamen stelle in suo cursu et ordine manentes
expugnent principiis [hoc malo] obviantium obsistendum exortam in eodem ordine
super articulis predictis dissensionis materiam vitantis litigiorum cum fratribus
et exclusis advocatorum tumultibus salubribus et celebris subscripte provi-
sionis nostre remedio decidentes tunc antiquis ipsius ordinis statutis tempore
~~tantum mutanda Remedio~~ nunc eadem auctoritate apostolica firmando nec
et que de nova [eadem] de unanimi consensu dicti Cistercii et quatuor priorum coram nobis
presentium et aliorum abbatum et quamplurium personarum ipsius ordinis in nostra constitu-
tarum presentia statuendo. De cum vacantis monasterii electione

Licet quod continetur et confirmatur abbatis Cistercii capitulum secundum
in carta predicta quod si quando domus eiusdem ordinis abbate proprio fuerit destitu-
ta maior abbas de cuius domo illa exivit ordinatoris eius habeat omnem

[...]tendo remedium.

curam donec in ea abbas alius eligatur. Domum vero Cistercii que mater est omni-
um abbates proprio carentem quattuor primi, scilicet de Firmitate, de Pontiniaco, de Claravalle
et de Morimundo, provideant, et super eos sit cura domus illius donec electus abbas
institutus fuerit et statutus. Hec autem ex usu et consuetudine dicti ordinis generali sic
interpretanda duximus, ut videlicet administratione vacantis monasterii remanente pe-
nes conventum eiusdem, si que forsan emerserint difficilia preterquam Cistercii ad dictos
quattuor primos vel aliorum monasteriorum ad suos patres duximus recurrendum, abbates
ipsi curam et diligentiam habeant in consilio et auxilio postulantibus prout
eorum requiret necessitas impendendi. Et licet administrationes penes singulorum monas-
teriorum vacantium conventus duximus, sed morem servatum hactenus remanere
sigillum tamen predicti monasterii Cistercii eo vacante prior ipsius monasterii custodiat
consignatum [illegible] clausum sicut hactenus fieri consuevit. In aliis vero monasteriis vaca-
ntibus sigilla eorum [illegible] abbates sigillis aliquorum abbatum signata teneant
et inclusa. Cum [illegible] hoc contineret quod domo qualibet eiusdem ordinis abbate proprio
ut predicitur destituta [illegible] certis die prefixa et ex abbatibus si quos domus illa ge-
nuit advocatis [illegible] consilio ac voluntate patris abbatis abbatem eligant
abbates et [illegible] loci illius. Ad electionem vero Cisterciensis abbatis prefixa et prenomina-
ta die [illegible] ex abbatibus quorum [illegible] de Cistercio exierunt
et ex aliis [illegible] noverit predicti abbates et fratres Cistercii idoneos vocatos et congre-
gati in unum [illegible] abbates et monachi Cistercii abbatem eligant sicut que contentione con-
tra [illegible] per [illegible] cartae eiusdem tenore. Nos attendentes quod
quamvis ab antiquo per abbates dicti ordinis fuit ordinatum, id tamen in dissue-
tudinem abiit et in locum eius consuetudine soli monachi vacantis monasterii
vocem in electione abbatis proprii habere noscuntur. Cuiusmodi consuetudinem vo-
lumus et precipimus observari eam laudabilem et rationabilem iudicantes
cum ad ius commune reducit quod statuit quod iuris communis regulis constitutum

iter quam ea que de vocandis aliquibus abbatum quorum domus de Cisterc. exierunt ⁊
quod quidem de patribus abbatibus hactenus est observatum ⁊ cetera que de vocatione
huiusmodi quoad Cistercium non quoad alia eiusdem ordinis monasteria in carta non pre
mittuntur continentur eadem tamen in ipso monasterio Cisterc. quam in aliis monasteriis observe
tur. Licet non predicti sic vocandi vocem in electione non habeant eorum tamen presentiam
posse esse multipliciter fructuosam ¶ Ceterum quia de electione abbatis prefati monas
terii Cisterc. fuit ab aliquibus dubitatum an possit ex usu aliquo tolerari quod
circa electionem Cisterc. retroactis temporibus est obtentum. videlicet ut Cisterc. electus si
eius fuit in concordia electio celebrata amministrare valeat antequam venire ⁊ confir
mationem ⁊ curam confirmatore aliquo curam habeat animarum. Nos ad huius dubitati
onis scrupulum amovendum statuimus ut in monasterio Cisterc. celebrata electione
concordi secundum morem hactenus observatum electus. Predicto modo concorditer electus
sit abbas Cisterc. ⁊ amministrandi licentiam curamque habeat animarum ac in omnibus
pro vero abbate prorsus habeatur ac si a sede apostolica confirmationis beneficium
habuisset a qua ipsum intelligi volumus ⁊ statuimus confirmatum. Licet
autem idem abbas Cisterc. predicto modo auctoritate apostolica confirmetur nichil tamen de
pereat per hoc eiusdem ordinis libertati quam circa cessionem vel amotionem ipsius
abbatis idem ordo dinoscitur habuisse quamquam ipsi ordini manere volumus
illibatam. **De remissione statutorum concilii generalis de electionibus**
Et quia prefatus ordo in multa simplicitatis **⁊ electionibus capitulum iii·**
puritate fundatus proficit laudabiliter in eadem. Nos circa electiones
in monasteriis eiusdem ordinis faciendas sic personas eiusdem ordinis providimus tole
randas sicut hactenus processerunt necessitate servandi sollempnitatem seu
formas contentas in generali concilio eis de gratia remittentes. Ordinamus
autem quod in maioribus abbatiis generationem habentibus cum vacaverint quindecim
dierum ad minus ad eligendum terminus assignetur ⁊ prior ⁊ supprior. Celerarius

utique vacationis monasterii conveniant de electoribus quos idem prior post transitum ipsius
convenienter in capitulo nominabit. Priores vero abbates vel visitatores ullum nominent
electorem nec electoribus predictis nec ceteris simul vel sigillatim aliquid dent, promittant
nec per interpositam personam, ut secundum suas conscientias provideant vacanti mo-
nasterio bona fide. Nec aliquis vacationis monasterii prior abbas seu postulet electores no-
minari antequam in capitulo nominentur, nec aliquem ex congregatis ad eligendum electoribus
ad se vocet, nec verbo nec scripto aut signo ei vel eorum alicui suam insinuet vo-
luntatem, nec electori clam vel palam aliquod impedimentum inferat per quod electorum
impediat libertatem. Electa vero persona si insufficiens fuerit et ydonea vacanti
monasterio non refutetur. Et qui contra fecerit graviter puniatur, nec aliquam personam amove-
at aut ab officiis vel monasteriis eiciat ipsius vacationis durante. De capitulo generali, diffinito-
ribus, litteris capitulo missis, iudicibus ab eo datis et elemosinis missis capitulum iiij.

Insuper statuimus et ordinamus quod in omni ordine predicto iuxta morem laudabilem hac-
tenus observatum annis singulis capitulum Cisterciense celebretur, in quo viginti quinque dif-
finitores statuantur hoc modo. Abbas Cistercii tamquam pater primus nominet quattuor
diffinitores de suis filiis generationis quos ydoneos fore crediderit ad diffinitorum
officium exercendum, et eundem predicti primi quattuor abbates, scilicet quilibet eorum de generatione
sua domino abbati Cistercii quinque seorsum vel coram aliis nominabit, ex quibus quinque ab-
bas Cistercii uno pretermisso quattuor eligat quos sufficientiores esse crediderit, et sic
viginti erunt diffinitores simul primis quattuor cum ceteris numeratis quos
et predictos quattuor primos idem abbas Cistercii in crastina die secundi capituli nominabit et diffini-
tores constituet, et ipse cum eis vicesimus quintus erit. Si quis vero ex predictis
primis abbatibus tunc non fuerit in capitulo, idem abbas Cistercii de generatione absentis assu-
met quattuor diffinitores quos ydoneos extimabit. Ut autem predicti Cistercii et quattuor
primi domini habentes pre oculis odio et amore ac personarum acceptione postpositis bo-
na fide provideant eos qui nunc sunt et futuros impositum ad hec fideliter observan-

cti sub attestatione diuini iudicii in uirtute sancte obedientie sedi apostolice debite
obligamus ordinantes et statuentes quod littere misse capitulo generali persone remanentes
continentes legantur coram diffinitoribus ordinis super dictis et quod iudices dati ab
eodem non subdelegent alijs uices suas. ¶ Diffinitiones que capitulo
non reuocentur preter uoluntatem diffinitorum loco residentium consueto ¶ Sta
tuta decreto faciendi non obliget nisi in sequentis anni capitulo confirmentur. Et preter dif
finitores nichil diffiniatur prius in capitulo non notatum ¶ Stetur maiori
parti eorum. Cumque eorum sunt in discordia venit abbas Cystercii reputabitur
pro duobus. ¶ Diffinitores uero nominati prestabunt in capitulo sacramento per iuramentum in
uerbo sacerdotis quod iniunctum sibi ministerium ad honorem dei et utilitatem ordinis fideli-
ter exequentur. hoc et idem decreto Cystercii sedendo facere teneantur. ¶ De notandis aliis
que commemoratum abbatem Cystercii dicta fuerint in capitulo: ita fiat sicut in casu simili de alio
notaretur. ¶ Elemosine uero in capitulo generali mittuntur per duos recipiantur abbates
quorum unus pro eundem abbatem Cystercii et alius per predictos primos abbates ponatur decre
to alternatim ita quod quilibet de ipsis illum ponat secundum ordinem uicis sue. De
uisitatione domus Cystercii et proclamationibus in ea faciendis capitulum v.

Denique ne in ipso ordine aliquid possset sperne celare uiciorum percipimus predictam
domum Cystercii monasterium a predictis iiii primis annis singulis uisitari et non de
alia die abbas Cystercii cum eis conuenit in festo beate marie madalene fiat huiusmo
di uisitatio annuatim non liceat dicto abbati Cystercii diem mutare condictam sine causa
rationabili et urgente. quod si ei sic uidetur ueniat intimet eisdem primis quatuor tem
pore oportuno possessione uel per nuncium cum quo hunder abbates de die subrogandi tractare
valeant et conuenire quod si cum nuncio concordare nequiuerint ipsum diem statu
ant seu tenuerint competente et eidem abbati Cystercii per eundem nuncium uel per alium intimet
prout viderint expedire. Que omnia dicta primi iiii bona fide et absque aliqua
captione facere teneantur. Sane cum predicti iiii Cystercii uisitabunt abbates et monachi

locum visitatoris ipsorum in proclamacionibus faciendis tam in cum monachorum quam
et conversorum voce haud libera licet aliquando prout fertur eis fuerit denega
ta. Si quid autem in persona abbatis vel in alijs in eodem monasterio viderint re
formandum id ipsi abbati cistercii suggerant hoc est cum reverentia et ho
nestate dicant ac cum benigne moneatur et hortentur ut id emen
det in se vel in alijs faciat emendari. Quod si facere noluerit vel distule
rit negligenter servet quod in eadem carta caritatis continetur expresse vide
licet quod hunc quatuor primi abbates sub cistercii abbatum nomine usque quater ut cor
rigat ipse et alios corrigere curet ammoneant et cetera que de alijs abbati
bus in eadem carta dicuntur si incorrigibiles apparuerint circa eum studiose
adimpleant. Excepto quod si sponte cedere noluerit nec deponere nec excom
municare anathema dicere poterunt donec aut in generali capitulo aut si illud
forte nimis visum fuerit expectari non posse in conventu alio convocatis
abbatibus qui de cistercio exierunt et aliquibus aliorum virum inutilem ab offi
cio suo deponat. Conventum autem religiosum eorundem abbatem concorditer reddi
tum ad processum hoc faciendum in abbatia aliqua eiusdem ordinis eo circa ~~p~~ primicerium cistercii
abbatis modaminis adhibendo quod circa abbates alios in fine in notitia. De

D e visitatoribus nostris — **visitacionibus visitatorum evectionibus et pi
stis ad que cum visitatoris accesserint m. — titulus capitulum xi.**
nimium onerosi existant statuimus et ordinamus quod maiores abbates cum
visitaverint decem evectionibus sint contenti monachi vero qui ad visitandum mittuntur
cum abbate associato senarium numerum non excedant. Qui autem ex aliquo cum aliter
fecerit pro eorum numerum excedendo veniam inde petat in capitulo generali. ¶ Prioribus
abbatibus vel visitatoribus cum ad aliquod monasterium visitandum accesserint
in locis dumtaxat tutis et temporibus pacatis nullus de ipso monasterio oc
currere vel post visitacionem eos deducere teneatur. ¶ Nullus in sup

prout abbas vel visitator et cellarius in domibus in villis et castellis non ha-
bitantibus terram et vineas ex quibus possit hospitalitas exhiberi si providen-
cia postulet aliquid vel occurri nisi aliquis teneat ibidem transeuntibus occur-
rere vel in aliquo providere. ¶ Visitatoribus quibus seu aliis personis preter or-
dinis numquam plusquam due pitancie piscium ministrentur nisi de pluribus au-
deat comedere cui forte fuerit ministratum. Carnibus autem in casu secundum re-
gulam concesso exclusio omnino et ipsarum usu penitus interdicto et tunc solum
in comedat quem huiusmodi casus attinget. Preterea abbates et visitato-
res in visitationibus officiales poterunt amovere quos ex certis causis
noverint amovendos. Ita tamen quod causas depositionum vel amotionum abbati proprio
vel priori aut locum tenenti si forte abbas defuerit privatim ostendant. Porro
si abbas proprius aut prior accusatum apud patres abbates vel visitatores
sufficienter poterit excusare de plano sine strepitu in ipsa visitatione
patres abbates vel visitatores benigne huiusmodi excusationes admit-
tant. ¶ Nullus vero monachus vel conversus emittatur ad aliam domum cuius
culpa sine gravi dampno et scandalo in domo propria poterit emendari. Et quem emit-
tendi fuerit de quatuor aut quinque seniorum domus consilio emittatur. Porro qui
vero aliter aliquem emiserit omni vi feria in pane et aqua ieiunet donec emissus
fuerit revocatus vel emittens fuerit in certo ac firmo proposito revocandi
eundem. De processionibus in visitatione de domus et prelatione visitatoris

Et licet patres abbates vel visitatores deputati ab eisdem capitulum vii.
secundum formam ordinis possint audire statum domorum et personarum in
visitationibus publice et privatim tamen super hiis que eis privatim suggesta fuerint
non procedant ad punitionem personarum nisi prius coram accusato in presentia quatuor
aut quinque seniorum domus publicata fuerint in secreto et tunc de plano sine
strepitu iudicatur si sint vera et si super eis ad punitionem fuerit procedendum

Porro ut visitatio in caritate procedat nulla de cetero in ordine persona exempto subiecto vel collata salvo statuto in eadem carta. Caritatis contento petat vel fiat a quocumque preter abbatem vel visitatorem suum sit abbas sive sit monachus nec aliquis accipere donum suspectum attemptet. Illis tamen qui intererunt vel ibunt ad regiones remotas causa visitandi poterunt moderate necessaria accipere ab illis qui eis ex caritate et mera liberalitate et sine sui gravamine voluerint subvenire. Qui vero contra hoc aliquid recipere presumpserit graviter puniatur. Sane visitatores visitationes suas ultra triduum non protelent. Quod si ex iusta et manifesta causa aliter facere compellantur causam huius tenentur in itinerario sequenti capitulo generali.

De causis depositionum. De male depositis restituendis et de obligatione ordinis. cap. viii.

Cautum ut circa deponendum abbatum via in maleficiis precludatur statuimus ut quociens aliquem deposuerint abbatem cum depositionis et processus tenorem omnium per litteras suas et abbatum qui eidem depositioni interfuerint sigillis signatas capitulo generali sequenti vel requirente vel proclamante in itinerario et exponere tenentur. Predicti vero abbates si presentes fuerint processum depositionis eiusdem et an de consilio eorum sic fuerit processum exponant et tunc generale capitulum ut ita depositum fuit vel iniuste iudicabunt. Quod si predicti abbates presentes non fuerint hoc ipsum per suas patentes litteras generali capitulo explicare attestentur quod omnes patres [illegible] officia sua facere tenentur. Et ut abbatibus predicti ordinis subtrahatur materia delinquendi nec ipsi cogi valeant per eorum patres abbates se debito fore gravatos statuimus et ordinamus quod pater abbas subiectum abbatem deponere debeat pro causis dumtaxat inferius annotatis videlicet pro heresi pro simonia manifesta pro immunditia carnali pro dilapidatione sive monasterii enormiter alienando vel distrahendo bona pro furto homicidio sollempni periurio gravi sortilegio pro conspiratione et si fuerit falsarius litterarum domini pape vel sancte romane ecclesie cardinalium principum episcoporum vel abbatum ordinis

supradicta. Et si contra communia instituta ipsius ordinis prelati venerint vel irri-
tauerint aut vel presumpserint contraire ¶ In aliis a casibus supradictis non expressis
iniungat ei pater abbas vel visitator ut veniam inde petat in capitulo generali. ad arbitrium
ipsius capituli per depositionem vel aliter puniendus. Depositus autem a regimine abbatie si causam
depositionis sue apparuerit iniustam ex ordine et capitulo restituatur per generale capitulum et de-
ponens ibidem recipiat talionem. ¶ Si vero causa huiusmodi depositionum fuerit iusta in modo
tamen vel ordine sit erratum contra depositionis legitimam consuetudinem tunc non restituatur
depositus sed deponens contra depositionem ad arbitrium dicti generalis capituli puniatur. ¶ In casi-
bus autem in quibus peracta pena infamia remanet depositus ineligibilis sit omnino. In
illis autem quibus post peractam penam nulla remanet infamia post peractam penam impo-
sitam per generale capitulum eligibilis habeatur. ¶ Et quia per obligationes ordinis quamvis multa possit idem
ordo incurrere detrimenta statuimus et ordinamus ac providemus quod nullus personam or-
dinem valeat obligare. ¶ Premissa igitur que pro utilitate honore ac statu pre-
fati ordinis supradicti duximus statuenda universa et singula precipimus ab univer-
sis personis ipsius ordinis observari inviolabiliter perpetuis. Et ne tamen oblivioni
seu neglectui habeantur in generali capitulo singulis annis volumus recitari. Nulli ergo
hominum omnino liceat hanc paginam nostre provisionis declarationis impositionis consti-
tutionis et ordinationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at-
temptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli aposto-
lorum eius se noverit incursurum. Datum Perusii V idus iunii pontificatus nostri anno primo

Incipit distinctio II que habet II capitula ut in omnibus monasteriis ordinis habeantur transcrip-
ta privilegiorum communium et ut omnes professi abbates ad unitatem ordinis teneantur

Supradictam domini Clementis pape IIII declarationem et ordinationem tam gratiosam
tam utilem in modo et sepedictam omnes persone ordinis cum
affectu summe devotionis amplecti et exerti studio et solerti meditatione in
his contenta frequenter animo revolvere et observare inviolabiliter tenentur et libertates